

*Seatus Ecclesia-
sticus.*

Jurisdictio.

*Regio.
Unde dicta.*

Stuari

*Aeris temperies.
Soli fertilitas.*

usque ad Nieupoort, totus videlicet *Franconatus* (i. *Vrie*) Opida ejus clausa & non clausa. *Tpra*, ad quam re-
feruntur in Censu & Armis, *Tperen-Ambacht*, *Bellen-Ambacht* & *Cassel-Ambacht*: *Franconatus* *Campestris* (*Ha-
platte Vrie*) cujus sortem sequuntur in Censu & Armis *Vuern-Ambacht*, *Bergen-Ambacht* & *Broucborg-Ambacht*. In Gallicana III civitates principales *Lille* (*Rysel*) *Donay*, *Orchies*. *Tornacense* *Dominium* & *Statu*
Flandriae adnexus, per se constat tribus membris; *Ecclesiastico*, *Nobilitate* & *VI* *Supremis* *Iustitiis*. Vnum vero
habet Flandria *Episcopum* *Tornacensem*, *Archiepiscopo* *Remensi* subiectum, in vitam *Dioeceses* *Episcopales*
divisa est. *Trajectensi* sub sunt IV officia, *Halst*, *Axele*, *Affenede*, *Bochoute*. *Tornacensi* sub sunt, *Gandavum*, *Cor-
tracum*, *Aldenarda*, cum illarum *Castellanis*: *Waes* territorium, *Bruga*, *Franconatus* & *Insula* cum sua *Castella-
nia*. *Atrebatensis* comprehendit *Duacum* & *Orchianum*. *Cameracensi* subest *Dominium* *Flandriae* ultra *Scal-
di* versus Meridiem. *Tarvanensis* habet *Castellania*s *Tpram*, *Cassel*, *Vuerne*, *Bergen*, *Broucborg*, *Belle*. In
Flandria *Teutonica* sunt XIV principales *Curia* *Comiti* feudales, *Viesburg* *Gandavi*, *Burgus* *Brugis*, *Sala* *Tpra*,
Castellu *Contraci*, *Curia* in *Harlebeke*, in *Tiel*, *Domus* in *Deinse*, *Curia* in *Peteghe* dicta *beau-lien*, & *Domui* *Deinse*
subiecta, *Tribunal* *Aldenarda*, *Burgus* in *Vuerne*, *Curia* in *Bergen*, in *Broucborg*, in *Cassel* & in *Belle*. In Flandria *Gal-
licana* sunt III *Curie* *Comiti* feudales, *Sala* in *Lille*, *Castellu* in *Donay*, *Curia* in *Orchies*. In Flandria *Dominio*
sunt IV *Curia* *Comiti* feudales, *Tribunal* in *Aelst*, *Domus* in *Dendermonde*, *Pratorium* *VVafie* apud *S. Nicolaum*
& *Castrum* *Beveren*. Ex omnibus *Curiis* & *Jurisdictionibus* dictis appellatur ad *Consilium* *Principis* provin-
ciale, quod est *Gandavi*, inde ad *Parlamentum* quod est *Mechlinie*. Sed de his satis: ad *Brabantiam* transeo.

DUCATUS BRABANTIAE.

Brabantia maxima parte *Aduaticorum*, *Ambivaritorum* & *Tungrorum* regionem complectitur: ceterum
quoniam tempore *Regio* haec *Brabantiae* nomen nata sit, plane incertum est: aliis a *Brenno* Gallo deduc-
centibus, aliis ab urbe quadam ejusdem nominis, cujus neque in terris neque in historiis vestigium ullum: al-
liis a *Bracuspandio* Opido *Bellovacorum*, cujus meminit *Caesar* lib. 2, Alii novum *Ducem* comminiscuntur
Salvium *Brabonem* *Arcadem*, qui cum *Caesare* in *Belgicam* profectus est, cujus uxor *Suana* *Caesaris* *Neptis*.
Sunt etiam qui a *Godefrido* *Barbato* *Comite* *Lovaniensi* *Brabantiam* postea *brabantiam* dictam suspicantur
Nomen sane nuperum est: quod ut certo constat, ita origo ejus non constat. Longitudo *brabantiae* a *Gemboura*
ad *D. Gertrudis* usq; sacrum *Montem* est *milliarium* circiter *xxi*. Latitudo ab *Helmontio* *Bergas* usque
xx. *Ambitus* *lxxx*. Habet a *Septentrione* *Mosam* *fluvium*, quo *Geldria* & *Hollandia* separantur. A *Meridie*
nannoniam, *Comitatu* *Namurci* & *Episcopatum* *Leodiensem*, qui etiam ad *Orrum* *fines* ejus tangit. Ab *Oca*
casu est *Scaldis* cum *Comitatu* *Alostensi*. *Regio* gaudet *Aere* *salubri*, *planitie* *fertili*, *Frugum* *inprimis* *feracis*.
fima, tametsi *Campania* sive *Campinia* de *Kempen*, ob *arenas* sit *sterilior*. Quae tamen pars non omnino in-
fructuosa existit. *Urbes* hujus *Ducatus* sunt *xxvi*. *Lovanium* (*Loven*) antiquissima est, & prima *Grudiorum* se-
des, in qua *Dux* *publico* *Sacramento* se obstringit: *Comitatus* quondam *titulo* insignita. *Urbs* est *amena* pro-
latis aliquoties *pomeriis* *extensa*; ejus *ambitus* *intra* *muros* est *quatuor* *mill.* *pass.* *Fluvio* *irrigatur* *Dela*,
Bruxella